



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Εἰς Ἰακωβὸν Βιλλιον Τὸν Ἐπισημτατὸν ἀνδρα καὶ θεοφιλεσατὸν.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Scriptum complectens huius Sancti viri 1148. epistolas: quarum prima sic incipit. *Ἐπειδὴ κυκλικὸν ἔστι γρόνθ.* Claruit sub Theodosio iuniore anno Domini 440.

Ioannes Chatarus.

Mihi operæ precium visum est ex superioribus pauca ista annotare. Refert quidem Suidas hunc nostrum Isidorum præter illam magnam epistolarum multitudinē alia etiam quædam scripsisse: sed quæ sint illa, non commemorat. Inter ea collocandus est liber ille, quem ad Gentiles scripsit, cuius ipse in his epistolis aliquoties meminit. Qui an adhuc in tenebris lateat, aut luce fruatur, non mihi constat. Quædam etiam eius poetica desiderari viderentur, si vera essent, quæ supra ex Nicephoro Callisto iuxta vulgatam versionem citauimus: nempe, Isidori Pelusiota, Nili & Marci Eremitæ, ac denique Theodoriti Cyrenensis Antistitis magnam in poetica esse laudem. Verum hæc Nicephoro minimè sunt ascribenda: sed errori potius interpretis eius, Langi, ob homonymiam dictionis græcæ nõ bene animaduersam, vt libro primo Sacrarum suarum Observationum doctissimus noster Billius indicat & admonet. Nam libro primo cap. 38. vbi quædam obseruat in Euagrij historiam, sit ait. Cap. 15. In initio hæc verba, *χ' ποιήσει*, ab interprete omissa, idem valent quod *ποιητικῶς εἰπεῖν*. i. vt poetæ verbis utar. Hæc enim dicit ob hæc verba *κλέος ἐρῆ*, quæ præcedunt, & quibus vtitur Homerus *Odyss. lib. pen.* Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum lib. 14. c. 53. animaduertit, Isidorum Pelusiota, Nilum & Marcum Eremitam, ac denique Theodoritum Cyrenensem Antistitem, egregios poetas facit: cum tamen nullum omnino ex his poetica laude floruisse literis vllis proditum sit. Ex quo perspicere licet, quantum interdum erroris vnus voculæ homonymia non animaduersa pariat. Quod verò Xistus Senensis narrat se Veneriis in Marciana bibliotheca vidisse volumen manu scriptum complectens huius Sancti viri 1148. epistolas, quarum prima sic incipit *Ἐπειδὴ κυκλικὸν ἔστι τὸ γρόνθ*, &c. cum in his mille ducentis, quas eruditissimus Billius traduxit, nulla sic incipiat, hinc satis liquet, & hanc & reliquas (vt verisimile est) sequentes ibi adhuc conclusas teneri, & Endymionis somnum dormire, vel potius sepultas iacere, Billio aliquo admodum egentes, qui eas vindicet, & expergefaciat, vel etiam mortuas excitet. Cæterum legimus passim varios fuisse Isidoros. Alios quidem martyres, alios Confessores, alios Episcopos, alios Abbates & monachos. Hic noster inter sanctos Abbates reponitur. Vsuarius martyrologus quinque eiusdem nominis in album Sanctorum retulit, inter quos huius nostri Pelusiotæ meminit, eiusque festum quarta die Februarij celebrari tradit.

ΕΙΣ ΙΑΚΩΒΟΝ ΒΙΑΛΙΟΝ ΤΟΝ ΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΟΝ
ἄνδρα καὶ θεοφιλέστατον.

ΒΙΒΛΙΕ ΧΑΪΡΕ ΜΑΙΝΑΡ' ΠΙΜΩ ΣΕ ΓΑΡ ὡς ὀρίν ἔπισα,
 Χαῖρε βαθυπλάτε κῦδος ἑμῆς πατρίδος.
 Λαμπερὸς ἀπ' εὐγενέων παρηγόριον κλάδος, ἡδὺς ἄωτος
 Εὐσεβείῳσι ἔδωκε καρπὸν ἐπεράνιον.
 Εὐδελεχὴς ἀγίων ἔπελες πατέρων Ἐσοφίτης,
 • Εὐφάντωρ ἱεροῦ Γρηγορίου σώματος,
 Σὺ δὲ τῶ νῦν μακχεῖσθε δόλυμπα δάματα νάεις,
 Ἐγλὸν ἐπ' ὀρθοσέφοις τὸν δρόμον ἐκπέλεσας
 • Ἐρθάδ' αἰμίμητος λογίσις ὡρεῖ φωσὶν ἀηθεῖας
 Εἶνεχε παμπόλλων γεωρεσίαν σελίδων
 Ἀς Τροσλιμακὸς σὸ φίτατος ἔγλδς ἐταῦρος
 Ἐς φάος ἐκπέμπει ἀπηχεῖζόμενος.
 Ν. Γυλωνίε.